

Msc. Dresd.

DB 75















p. Perides muse quarū uiget mēdita cantu:  
Fama ducū et uestri decus immortalē patētis

Ducite cur hominū pars hec sine nomine uitam  
Ducat et illius cur fama eterna per altū  
Euolet: Hec louis est magni diuina uoluntas.  
Ille etenim altitonans sūmi regnator olympi  
Excitat imbelles animos. et forcia corda

Debilitat: duce quo fortuna immita superbos  
Deprimit: atq; humiles clarū super ethera tollit.  
Tum mala mens hominis meliorem inclinat ad usū

Et capiūt molles crudelia pectora cultus.  
Exaudi qui cuncta polo specularis ab alto.

Cui nihil ignotū est: Sanctissima dirige iura  
Iusticie: liciatq; mihi fraternā mouere  
Pectora: et ignotos uiuendi ostendere mores;  
Sunt gemine interris quib; altercantur in unum  
Mortales cause: uariq; mente trahuntur.

Vna quidem studiū laudabile sedula curat.  
Altera crudeli rerum depascitur haustu.  
Bella cupit. pugneq; exercet iniqua tumultūs.

Inuisum atq; atrox pestis genus. hāc tñ ipsi  
Mortales fugiūt. tandemq; uolentib; hanc dyē  
Exoptant: nequeuntq; huius cohibere furores.  
Illam autē prius obscure genuere tenebre

Sed fato meliore. pater saturius illam  
Et generi humano et terre radicibus imis  
Imposuit: segnes artus et inercia corda

Excitat: alter em̄ segnis cui uita manebat

3602

178  
2



Alterius spectans cumulos mora nulla: bonusq;  
 Iungit et impresso terrā demergit aratro:  
 Sive domū curat sive inserit: alter ad artūs  
 Vicinū vicinus agit: Laudabilis hec est  
 Pugnandi ratio. fugiendi sed altera. sub qua  
 Inuidet aut figulus figulo. uel egenus egeno  
 Sive faber fabro. dulcisq; poeta poete.  
 Hec mea dicta preter toto cape pectore presse  
 Nec te crebra fori speculantem uirgia fori uulgi  
 Auocet a studijs. pugnandi imita uoluntas.  
 Nemo forum sequitur: quē nō uouet annua messis  
 Et bene clausa domi ceteris gratissima dona.  
 Hec querenda prius. de hinc si uacat I pete uulgo  
 Et fora: in alteris rebus certamina pone.  
 At non illud ages iterū germane. quod olim  
 Ausus es infelix: litem hanc data iura resoluere  
 Scis quondā inter nos patria est ~~patria~~ facultas ~~patria~~  
 At tu nil iusta multū plus parte ueteris  
 Tecū efferre rapax: corruptus munere iudex  
 Ille tuo est sub quo tota hec sententia pendet.  
 Ignarus. nō nouit enim quā dulcius aut quā  
 Sit mediū toto: melius. seu uiuere malua  
 Utilius. quātū dulci seu uiuere porro.  
 Hos ueterū uictus occultauere superbi  
 Inq; polo retinent celestes: tempore quorum  
 Sat fuit vna dies tenni exercenda labore.  
 Vna quiescenti tibi dehinc alimenta parabat  
 Annua: tunc poterat temomis robora fumo  
 Exploranda dare: et nulli uirga curua premebat  
 Terga bouū: nullū hemiones sensere Laborem.  
 Hos uoluit faciles uiuendi abscondere mores



Ira Iouis. cum se deceptum fraude promethei  
 Sensit: et illius causa mortalibus auxit  
 Curarum moles subreptumq; addidit ignem.  
 Reddidit hunc iterum terris: curuaq; labentem Latentem  
 Subripuit ferula tanto puer ille tonantem  
 Iapetionides. iacto qui fulmine gaudet  
 Lusit fraude sua. subitam tamen arsit in iram  
 Hec pater effatus nubis collector aqueose.  
 Iapetionide cuius prudentia cunctos  
 Consilio excellit: magno spreuisse tonantem  
 Arte tua gradatq; dato mortalibus igne. gaudesq;  
 Heu nocituro tibi generi nocituro futuro.  
 Tale mali genus excruciam: quo pectore toto  
 Exultent homines: cupidi sua damna ministrent  
 Subrisit fatus diuum pater atq; hominum rex  
 Vulcanum aspiciens atq; illi talia mandat.  
 Vade celes speciem e terra mixtoq; liquore  
 Confice mortalem: cui uocem et robora iunge:  
 Sitq; ea virginis celestis imago puellae  
 Quam sibi quisq; uelit: dea quam doctissima pallas  
 Instruat: et uarias percurrere pectine telas.  
 Adiciat capiti faciem uenus auream formam  
 Curet ut assidua stimulata cupidine corpus.  
 Fallacemq; addat mentem et fallacia uerba  
 Interpretes superum. uictor Cyllenus argi.  
 Dixerat. imperio Iouis annuit equa uoluntas  
 Celicolum. extemplo frangis uulcane puellam  
 Virginis ora deae firmem: quam glauca minerua  
 Cinxit: et ex omni fulgentem parte poliuit.  
 Huius etiam charites: etiam celeberrima pitho  
 Aurea candenti posuere monilia collo.  
 Effuseq; comas hore deflore coronam



Vernali tribuere dee. tamen attica pallas  
 Illam precipuo forme decorauit honore:  
 Et superum interpres uictor Cylemius argei  
 Fallacem attribuit mentem et fallacia uerba.  
 Sic pater altitonas diuino iusserat ore.  
 Quando quidem dederat sua munera quisq; deorum  
 Mercurius merito pandoram nomine dixit.  
 Exitiali malum mortalibus et ~~tetra~~ pestis. fera  
 Postq; autem tantos confecit in puer astus  
 Mercurium ad magnū iubet ire epimethea: dono  
 Cui ferat. hanc: qui nihil feritus precepta promethei  
 Cepit: et accepto nouit sua damna epimetheus.  
 Nam prius humano generi secura manebant  
 Tempora. nulla mali species aut cura laboris  
 Morborūq; genus: tristem qui funeris atri  
 Corripuere uiam: quibus omnib; frangitur etas  
 Vivere dulce fuit: quadam sed tegmen ab urna  
 Dum pandora leuat. totum exiliere per orbem  
 Curarum infeste effigies. spes sola remansit  
 Intus: et elabris ima sub parte resedit.  
 Obstiti impositum nam tegmen abire uolenti.  
 Sit qui fulmen agit nubis collector aquose  
 Iusserat. innumereq; etiam mortale uagantur  
 Per genus infande species: quib; equor et omnis  
 Terra infecta tumet: morbi noctesq; diesq;  
 Sponte sua sine uoce ruunt: namq; ab ioue sumo  
 Ablata est illis quecūq; potentia fandi.  
 Sic impune parens offenditur ille deorum.  
 Si uacat o frater si non audire recuses  
 Ordine plura canam: genus immortale creatum  
 Ac mortale simul credendum est. Aurea primum  
 Secula dy superi totum sparsere per orbem.  
 Tempore quo celi imperium Saturnus habebat.  
 Tunc homines diuū uiuebant more: neq; illos

nil

Obstiti



Anxia curarum moles operūq; labores  
 Lassabāt: abierat tristi cum morte senectus.  
 Semper et in ualido regnabant corpore uires.  
 Nullamali Labes: cōmuna leta placebant  
 Mors similis somno fuit: atq; uberrima tellus  
 Omnia liberius nullo cogente ferebat  
 In cōmune bonum: nec quisquā inuidit habenti  
 Quam felix etas: erat om̄ib; vna uoluntas  
 Et taciti letos soluebant pectora in usus.  
 Aurea postquā hominū paulatim defuit etas  
 His pater altitonans meritos aduūxit honores.  
 Sub tertis habitare dedit: qui numina facti  
 Et genus humanum sanctę quoq; iura tuentur  
 Iusticie: tenebris circumfusiq; peragrant  
 Terrarum fines: et opes mortalibus auigent:  
 Proxima successit terris argentea proles.  
 Auro deterior sensuq; et moribus impar  
 Tunc sibi quisq; sue fecere sub ubera matris  
 Otia mortales: paulatim adoleuit in annos  
 Ingenij rude principū: quo decolor etas  
 In proprijs etiam laribus rude pectus agebat.  
 Aucta tamē postquā ad sūnum peruenerat etas.  
 Vivendi breuis spaciū fuit: anxius ardor  
 Curarū incubens aderat: quasi improba mentis  
 Gaudia fecerunt: alterna muria nunquā  
 Destitit: et nulla in superos reuerencia: nullos  
 Sacrorum ritus etas argentea uidit:  
 Hanc deus extinxit meritam flamatus in iram:  
 Postquā hominū occuluit argentea secula tellus  
 Non tamen illorū sine nomine uita recessit:  
 Subterrisq; deū sedes coluere secundas.  
 Tercia post illam successit gnea proles  
 At nihil argento similis dryadumq; creata  
 Sanguine dura quidem robustaq; pectora tendens  
 Tota feri misero mortis feruebat amore.  
 Nulla quies illi: nullum ius: durior etas



Ipso ad amentem fuit: uultu metuenda superbo.  
 Cui nunquam inuictum robur fortesque lacerti  
 Defuerant humeris: tunc graea tela: domusque  
 Omnis in ere labor: non ferri emerferat usus.  
 Hec autem proprio proles consumpta furore  
 Ad gelidi loca nigra ditis sine honore recessit.  
 Et quaequam extiterit inuicto robore ab atra  
 Morte tamen uicta est: solis lumenque reliquit.  
 Postquam autem occulta est et graea corruit etas  
 Quarta fuit soboles melior: cui plurima toto  
 Iusticie herabant animo precepta uerende.  
 Diuinum genus heroum: primūque uocari  
 Semidei immensos illi potuerunt per orbem.  
 Hos insanus amor martis: bellique nefandi  
 Ardor: agenoride septem prope membra cadmi  
 Edipode impety causa consumpsit: et alti  
 Hos maris undisoni fluctus: cum per gama clades classes  
 Argolice peterent: ubi pallida mortis imago  
 Desuper incubuit: dum iusto ulciscitur ense  
 Tindaris: hos etiam toto diuisit ab orbe  
 Iuppiter. et uite meliorem tradidit usum.  
 Elysiosque dedit colles habitare profundi  
 Littus ad oceanum. felix et sancta propago  
 Hic ubi uernat humus. ubi dulcia poma quotannis  
 Ter gemino effundit nutrix uberrima tellus.  
 Ostendunt non me quanta cum stirpe creassent  
 Fata: sed ante mori seu post licuisset oriri  
 Ferrea nunc etas: quam cure et mille labores  
 Nocte dieque premunt. paulatimque illius instant  
 Exilio. sic dys placitum. sed prospera tanto  
 Fata etiam ueniunt aliquando in turbine rerum.  
 Nec minus hec infanda hominum delebitur etas  
 Cum maturam annis illorum tempora cari  
 Inficient crines: natis nec ut ante parentis  
 Nec patribus nati similes nec hospite tutus  
 Hospes erit: sanctum corrumpent fedus amici

grémio



Et fureet arma tiens inter discordia fratres. 198  
 Vivet honoris mops hominū properata senectus  
 Nec pudor effractus ~~fero~~ oburgare parentes. femo  
 Infelix soboles: Legem et precepta deorum  
 Nescit: et mualido non hec alimenta parenti  
 Iusta suo reddet: quid em̄ quod iniqua rapaces  
 Appetet usq; manus: urbesq; et mem̄a narrem  
 Alterna delata manu: urcataq; fallent  
 Numina iusticie nulli tribuentur honores  
 Pulsa gemet bonitas: illū uenerabitur orbis  
 Cui mala mens suadet fera crimina: tota iacebit  
 Tota quidem orbato tecū reuerencia uultu  
 Odiā iusticie: soboles en̄ inproba ledet  
 Si probus ullus erit: quē contra consurget iniqua  
 Voce furens factū affirmans: altrixq; malorum  
 Inuidia incedet fatali turbida uultu.  
 Protinus humanas sedes astrea relinquet:  
 Diua suos pariter tendet reuerencia cūsus  
 Ad superos: nitido uelatoq; corpus amictu.  
 Nulle recedentes ille mortalibus egris  
 Non cessanda tamen rerū mala ~~ferita~~ linquet femina  
 At nūc te moneam quāquā sapias omnia iudex  
 His intende animū: sed quid uuat ista monere  
 Stultus maiori quicūq; resistere temptat  
 Vincitur et magno penas subit inde pudore  
 Sic ego sum tamquā uolucris quā prenderit astur  
 Prensaq; sublimes agitur philomena per aurās.  
 Hec dolet infelix ungui transfixa tēctuo  
 Quam contra horribili raptor sic intonet ore.  
 Quid misera exclamas. te multū fortior astur  
 Te premit huc adsis quo te mens egerit ardor.  
 Et quāquā bene suauē carnas. mihi cena futura es  
 Si Lubet: aut dimissa uterū ~~rebeabis~~ m̄ aurās - tēmeabis  
 Sic fatus. tacuit pennatq; et impiger astur.  
 Tu modo iusticiā cole. nulla iniuria perse



Tecum habitet. fatale perit secū illa: nec illam  
 Vllus amat. nisi mens cui iulis et impōba surgit:  
 Vix bonus hanc inferre timet si que intulit acti  
 Peritet: et magno contristat corda dolore.  
 Est uia iusticie melior. qua uincitur omnis  
 Omnis ad extremū ueniens. inuictus ardor.  
 Quid dicam quod nūquam aliquid dementia noscit  
 Ni modo passa prius. sic qui male iura ministrat  
 perierat: et tandem dementi panditur error.  
 Fripere iusticiam. corruptus munere iudex  
 Ius uolat. dolet hec et nulli uisa per urbem  
 Testis it: et Lactimans penam mortalibus orat  
 Qui uolant iura et recti sacra federa tumpunt.  
 Verum ubi iusticie sancti seruantur honores.  
 Iudicioq; pares et ciuis et aduena pendent:  
 Vrbs uiget: augetur soboles. pax leta uagatur  
 Pax uiuentū nutrix. nunquam his fatalia bella  
 Preparat altisonans: nullis in rebus egestas  
 Imminet. in quęstiquā nulla ē offensio. dulci  
 Quos uiuat interdum gemo alleuare labores.  
 Terra quibus large fundit sua semina: et alte  
 Montibus innate mittunt sua munera quercus  
 Glandifere in summo. media tamen arboze mussant  
 Undiq; apum ingentes acies. uestimq; ministrant  
 Lanigere pecudes. per se magis omnia florent  
 Non his externas merces uehit ardua puppis.  
 Omnia dat tellus. quid enim quod uncta marito  
 Et patribus similes emittit femina partus.  
 Non datur hoc quibus illa placet uolencia uixis  
 Hos ad supplicium uocat alti cura tonantis.  
 Sepe subit penas plebs tota miserima tantum  
 Vnius. ob noxam. pestis furit atra per urbem  
 Et male suada fames: paulatim deficit omne  
 Vulgus: et euacuos ostendunt tecta penates.  
 Femina nulla parit. sic seuit iuppiter. erga  
 Quos malefacta uiuat. quasi modo forte cecentum



Marte Militae exercent studium. mora nulla sinistro  
 Militae cadunt. uel si potius uiuat ire per altum ~~exercent~~  
 Illorum in medio submergitur obruta puppis.  
 Vos igitur qui iura datis conuertite mentem  
 Ad tales hominum penas. diuina potestas  
 Mortales circum uolitans uidet: improba quorum  
 Iudicia emergunt multorum in damna: deūq;  
 Ignorant mortuus. genus hi mortale pererrat  
 Innumeri tenebris circumfusiq; tuentur  
 Iusticia sacra iura domant genus omne malorum.  
 Illa quidem uirgo est supero ioue nata parente  
 Nomine clara sibi cetiq; uerenda deorum:  
 Quam si quis uolet Lacrimans sua parentes fata  
 It iouis ante pedes: et lamentabile fundēs  
 Humanos queritur mores ac debita poscit  
 Supplicia in populos. tu iudex causa malorum  
 Qui moles sacra iura dec. iam dirige mentem.  
 Ius cole. in alterius te nulla pecunia uertit  
 Damna. nocet sibi qui cuiquā nocet. et male suadet  
 Ille sibi: in quemquā si quis male iura ministrat.  
 Cuncta uidet pater omnipotens. et quod mihi tecū est  
 O iudex modo si lubeat speculatur ab alto:  
 Nil latent hunc. aut hoc quales tribuantur honores  
 Iusticie in populo. quā non ego pectore toto  
 Nec mea progemes coleret: postquā orbe sub isto  
 Spreta iacet bonitas: et ius iniuria uincit:  
 Inuito loue mi fierent. hec accipe frater  
 Hec animo meditare iniustum pone furorem.  
 Ius quoq; frater ama. sine quo genus omne ferarum  
 Credimus alterno certatim corpore pasci  
 At nos instituit uite melioris origo  
 Iura dedit pater omnipotens. ea pectore toto  
 Si quis habet. decus eternum pia premia reddet  
 Iuppiter. affligit si quis pro teste uocatus  
 Pererat: ac merito pensatur culpa nocentis  
 Supplicio. offendens ius ille offenditur una  
 Ex quo obscura quidem nulli quoq; cognita iurō



Pesteritas. iusto de sanguine nata propago  
 Clara caput tollet patrio seruato decore.  
 Hec quoque que referam stultissime conape frater  
 Quam facile innumeras uiciorum amplectimur artes.  
 Haud procul illa habitant. breuis est uia qua sit eundem  
 Est uia uirtutis contraria. sudor anhelus  
 Hanc sequitur. que se scopulosis ardua cliuis  
 In longum protumput iter. tiget aspera primo  
 Ingressu. Leuis est postquam alta cacumina tanges.  
 Optimus hic sese qui nouit cuncta magistro  
 Prospiciens rerum fines meliora secutus.  
 Dignum Laude uirum parentem recta monentem  
 Credimus. ille tamen sibi qui non consulit aut qui  
 Alterius precepta. fugit uix inutilis extat.  
 Ergo age frater ades generoso e sanguine perse  
 Neu fuge fraternos momitus. operare Laborem  
 Inuidiat tibi dira fames. spiraque recenti  
 Alma ceres ornata caput sua dona ministrat.  
 Sic tibi plena domus. segnem crudelis egestas.  
 Opprimat. hunc homines odio superius sequuntur  
 Torpenti similem furo. cui spicula surgunt  
 Horrida. distentumque fauis consumit edendo  
 Semen apum. piger ipse sedet. uitatque Laborem.  
 Tu modo curam operi quantum potest adice frater.  
 Horrea sic rumpunt messes sic copia rerum.  
 Sic pecus augetur. sic tu mortalibus aut dys  
 Gratus exis. segnes animos et inercia cordia  
 Oderunt. operi Laus est imponere curam  
 Turpe sed hinc prohibere manus. incumbe Labori.  
 Forsitan ad studium torpencia pectora uertes  
 Dum parcas ostendis opes. uirtutis adeptus  
 Nomen et eternum laudis decus. utere queso  
 Arte. para uictum. uolare aliena nefandum est.  
 Fac superis equandus eas. incumbe Labori  
 Nec pudeat. pudor hic multos inhonestus egentes



Secū habet: auget opes fiducia. quā melior res  
 A superis non ui. proth rerum insana cupido.  
 Proh amnis infusa Lues. Tam nulla pudoris  
 Cura. iacet passim Longe post terga relictus.  
 Tu coletis: dūte te paulatim coeruit ille  
 Dys inuisus homo: cui mens intentā rapinis  
 Inuigilat. neq; enim semp felicia durant.  
 Nec minus omnipotens penis affluet eisdem  
 Cui seruum offendit. uel qui sanctissima frangit  
 Federa amicicie. seu qui cum coniuge fratris  
 Non pauet infandos coitus fraternus adulter.  
 Vel qui in pupillos audet uim ferre nefandam.  
 Vel qui in Longeua confectum etate parentem  
 Horribili uoce insurgit. uixq; abstinet illi  
 Verbera. non impune tamen. stat pena nocenti  
 post obitum. depone igitur tam falsa superbe  
 Mentis consilia et melioribus utere queso.  
 Tūce pio uenerare deos. hys tempore in omni  
 Et munde et pura liba. cum clara nitescat  
 Sole dies. aut cum nox circumfusa tenebris  
 Abscondit terras. casto torrenda sub igne  
 Hostia mactetur. hymnos cane. thura ministra:  
 Ut tibi dy faueant: immensaq; copia rerum  
 Hinc tibi nascatur. multis ut egentibus ipse  
 Subuenias. non ut uinas germane rapina.  
 Conuiuas mter si uis discumbere. amicus  
 Non hostis ueniat. primum uicina. nam si  
 Aduersum quidquā acciderit de morte repente  
 Primum illa accutrat. que si sine uestibus esset  
 Nuda etiam ueniet. quid non tibi sanguine iunctus  
 Non aget: iste sibi uestes atq; omnia pōnet  
 Improba damnosa est uicina. sed proba si sit  
 Utilis. hec igitur cupienda est pectore toto  
 Tamquā laudis opus. neq; enim lamenta refundes



Amisisse bonem: proba si iucinia tecum est.  
 Acceptum metire et eodem pondere redde  
 Vicinio: tibi ut hic iterum succurrat egenti.  
 Res male parata male est damnosaq; semper: ab illa  
 Ergo caue: nec te iuncant in amore sodales.  
 Illum adeas qui te: fac mutua munera reddas.  
 Sponte datum capias: scelus est letale rapina.  
 Quicūq; est si magnum aliquid largitur amico  
 Letatur: quicūq; iacet de fronte pudorem  
 Et rapit alter iniqua quāquā infima: turbat amici  
 Visceraq; et mentem: cui ius illata rapine.  
 Adde paruum paruo: paruo superadde pusillum  
 Fiet et hoc magnum: infelix pelletur egestas.  
 Si modo rem cumules: hominem nec ledit habere  
 Cuncta domi nocet esse foris: quā dulce bonumq;  
 Presens accipere: atq; absente carere molestum est.  
 Tunc bene potandum cum plena effundit ab aluo  
 Vina cadus: tunc parcus eris: cum parce Iyeus  
 Defluit e media: sed cum declinet ad imum  
 Spumantes iterum cyathos et pocula sume.  
 Eundem polliciate homini seruetur amico.  
 Si quidquā cum fratre tibi est: testem addice rebus  
 Subridens: nocuit non credere: credere semper.  
 Neue tuam alliciat meretrix caue femina mentem  
 Rem totam uorat illa nimis dum blanda uidetur  
 Heu quam damnosum est mulierā fidere cuiquam  
 Rem patris acceptam melius fouet unicus heres:  
 Anget et hanc: at tu plures in morte relinque  
 Ex te ortos: nam plura pater Saturnius illis  
 Attribuet: sed te si cecus tangit habendi  
 Ardor adhuc: fragilibq; placet tibi gloria rerum  
 Hec age que moneam et uarios operare labores

## Libri Secundus de agricultura



Vm celo emergunt sublimi ab atlantide nate  
 Pleiades truncanda ceres. morientibus illis  
 Mitte in aratra boues. Latitare ea sidera dicunt  
 Viginti totidemqz dies. annoz uoluto  
 Apparent iterum. maturam incidere messem  
 Rursus et incipiunt dentata falce colom.  
 Hanc legem agricolae atqz habitantes Littora seruat  
 Aut qui pingue solum uallosaqz terra tenerent.  
 Nudus ara. nudusqz sece. et inerte corpore nudo  
 Si tempestiuos agrorum ducere cultus  
 Augeriqz illos magnis successibus optas.  
 Neue aliena rogas. interdum pauper egenus.  
 Quod si ad nos Supplex iterum fortasse redibis  
 Non iterum dabimus. uuet exercere labores  
 Improbe quos inter mortales diua potestas  
 Sortita est: ne tristis inops cum coniuge mesta  
 Aut cum natozum misera comitante coeteruor  
 Victum a uicino rogetes. dare negliget iste.  
 Bis seu ter fortasse dabit: dehinc si petis ultra  
 Proficies nihil. at tu plurima uerba refundes  
 Orabisqz iteru frustra. fam. artibus ut te  
 Im pridem admonui inuoluta atqz incumbe labori.  
 Dira famas procul hinc abeat. tua debita solve.  
 Imprimis tibi conde domum. precioqz ministram  
 Dehinc eme: quam posses custodem adiungere bobus.  
 Pone domi quantum toto tibi sufficit anno.  
 In rebus spes est alienis irrita. nam si  
 Huc dare forte neget. tu semper pauper egebis.  
 Tempora labuntur operumqz quoqz deficit usus  
 Ad cras rem differre nocet: nunquam horrea nunquam  
 Implet iners. aut quid tempus producit. habenda est  
 Cura operi. turgescet opus. mala mille molestant  
 Affliguntqz hominem. cui segne et inutile corpus.  
 Cum bene se posuit rapidi uis ignea phoebi  
 Ac pater omnipotens fecundis imbribus ether  
 Desilit in terras: et languida membra refamunt



Iam pridem amissas estivo in tempore vires.  
 Nam breue sol hominum supra caput astat ab alto.  
 Ac de nocte magis curvus exercet agendo.  
 Tunc operum multo ante memor discinde securi  
 Siluam intortuam. tunc gemina desinit arbor  
 Fundere. datq; suas uoluntate per aera fcondes.  
 In tres tende pedes mortaria. contineat tres  
 Pistillus cubitos. pedibus quoq; confice septem  
 Temonem. qui si fuerit protentus in octo.  
 Hinc tibi malleolus crebros formetur in ictus.  
 Palmarumq; trium rota sit. uarysq; reponere  
 Lingua effrita modis. ualidamq; in montibus altis  
 Quere uel effuso campi super equote pinum  
 Ac Stiuam compone. manum qua fit met arator.  
 Temoni cuneis dentaliq; alligat imo  
 Torqueat et fortis uia durante uuentos.  
 # Temonem ex ulmo. ~~uici~~ seu confice Lauco. uiridi  
 Stiuam sit ex pruno. dura dentalia quereu.  
 Duc in aratra bouem nono qui uiuit in anno.  
 Aptas etas operis matura est. franget aratrum  
 Bos uuenis. imitans uueni prelia cornu  
 Et rixam exacuans opera imperfecta relinquet.  
 Quere qua terdecies annorum etate bubulcum.  
 Quadrifidus pars et offellas cesus in octo  
 Sic cibus hinc. tercio sulcabit uomere terram  
 Si maturus erit. stadium intermittere arandi  
 Iunior. aspiciensq; pares etate colonos  
 Ibit ad hos. Ludosq; ciet lastina uuentus  
 Ergo non melior uuenis nec femina uerse  
 Spargere humi: quantum terre mensura requirit.  
 Contemplantur etiam cum grus e nubibus altis  
 Assiduos agitat clangores. nunciat imbrem  
 Venturamq; hiemem: tempusq; induit arandi.  
 Angit et illius mentem cui nullas boum spes.  
 Tunc redeant fessi plena ad praesepia tauri  
 Tunc proprios operare boues et plaustra. sed inquis

# Binaq; praeterea testis seruantur aratra.  
 Sic melius. nam si casu discinditur unum.  
 Restat adhuc aliud ualidos agitare uuentos.



76

Non habeo dabit hic. facile est petere atq; negare  
 Mentis mops alius. quid enim componere curcum  
 Tunc nolet. ignarus non nouit quantus in illo  
 Sit labor et centum compayibus insita Lygna.  
 Que debent multo ante domi promissa reponi.  
 Preterea cum tempus adest rescindere campum  
 Forcus insistas operi exercere ministros.  
 Nam uertenda duplex tibi sita atq; humida tellus.  
 Vere nouo ueniant celeses adarota iuueni  
 Fertilis et granda culmis procumbet arista.  
 te // Ne uidecipiat cum semina colligit etas.  
 Sit noua cui studeas tellus nec arata quotannis.  
 Terra recens lerge natis alimenta parabit.  
 Plutonem in primis uenerare atq; annua sacre  
 Vota refer ceteri: cum stue inmixus agendo.  
 Incipis exercere boues: stimuloq; fatigas.  
 Sic immensa tibi surgent cerealia dona.  
 Semina cum terre committis. pone sequatur  
 Seruulus. atq; anibus rastro sata leta recondat:  
 Optima crede uiuat rerum prudentia cunctos  
 Leditur aduerso qui negligit omnia fato.  
 Si sit pingue solum. grande melinant ariste  
 Felicesq; operum suacessus a loue sumo  
 Hinc capies. neq; sub tectis extendit arachne  
 Filia. sed immense replebunt horrea messes.  
 Tunc gaude et cari florentia tempora ueris  
 Letus agas. cum te incassum crudelis egestas  
 Aspiciat: et pacto turget domus: atq; aliena  
 Re tibi non opus est. tua pluribus adiuumentum.  
 Fit sterilis tellus medio uersata sub estu  
 Hincq; solo residens imas falcabis aristas  
 Aduersos reliquans culmos: tenuisq; sequetur  
 Spes uite. pauci te mirabuntur ab agris  
 Parua sub exiguu referentem saxa canistero  
 Difficile miterdum mutabile noscere tempus.  
 Mobilis et uaria est alti natura tonantis.



At si tardus aras tarde tibi solus arami  
 Anfferet ~~auxilium~~. si Largis imbribus ether  
 Tres noctes totidemq; dies non cesset ab alto.  
 Donec repletur ualidi uestigia thauri.  
 Tempore quo querna residens super arbore coais  
 Exulat. gaudentq; hominum mortalia corda  
 Vere sub aprico. sic tardus forsitan eques  
 Qui tempestino diuertit uomere terram.  
 His intende animum. nec florida tempora ueris  
 Te lateant. glacialis hiems tibi cognita surgat  
 In qua incumbendum est. nec te ulla taberna moriet  
 Aut narrata Loto sub aprico fabula tardet.  
 Dum fugent aly. uix rem tamē impiger auget.  
 Surge igitur. nec te paupertas optimat illo  
 Tempore: dira fames tenues facit esse lacertos.  
 Elatosq; pedes: et cæura tumencia multo  
 Sanguine. segnis mops et spe suspensus inani  
 Inclinat mentem sceleri. et meditator iniquos  
 Vnde parer uictus. hominem spes mittit egentem  
 Irrita cui nihil est et tota Luce uagatur.  
 Dum media elapsa est estas. properate ministri  
 Condite dit casulas: nam semp non erit estas.  
 A iano mensem dictum caue. ~~nubibus~~ ille nubilus  
 Letalem bobus glacemq; et frigora ducit.  
 Tracius insurgat boreas et turbine facto.  
 Disturbat maria et campos siluâq; sonantem  
 Alticomas quercus amosq; robora pinus  
 Dixit ex alto et ualles iaculatur ad imas.  
 Siluarum auditur fragor. undiq; sed fera duros  
 Arrigit ipsa pilos caudamq; in cæuribus angit  
 Quin etiam quibus est uillis densissima pelus  
 Perforat ille quidem serosaq; pectora transit.  
 Nec se defendunt dura sub ueste iuueni.  
 Et misere algescunt hirsuto cæime capelle  
 Vnicui onis boream instantem fulgorq; repellit  
 Tegmine lanarum. sed non obsistitur illis.  
 A semibus curuo facit hos incedere collo.



Non tamen ad teneram penetrat boreale puellam  
 Frigus: at illa domi cui nondum nota Libido  
 Matris apud caere gremium seder atq; hiemales  
 Non sentit glacies et tota nocte quiescit.  
 Atq; oleo teneros interdū perluit artus.  
 Tum polypo durum est gelidis habitare sub undis.  
 Nec uidet unde sibi uenietur in equore predam  
 Allemetq; famem. proprios tamen demiq; in artus. tūm  
 Vertit atrox rabiem in mensam. sic mbris artus  
 Turbatur mare. sic atra caligine celum.  
 Sol quoq; ad ethiopus radios et lumina fundit  
 Aarus apud grayos. fugiunt animalia curui  
 More semis ualles imas. et dente trementi  
 Concava saxa petunt nemorū tenebrosaq; tecta.  
 Tunc quoq; ne noceant hiemes tibi protegat artus  
 Mollis cerna tuos. cui texa exordine dexto  
 pauca sed aduerso durantur plurima fila.  
 Sitq; ea cruce tenus: uetat her per corpora setas  
 Surgere: et mstanti prohibet durescere uento.  
 Tegmina sint pedibus taurorum e pelle corhumi.  
 Nec nocet hos mflare pilis. ut frigora uncas  
 Edorum teneras neruo bonis msue pelles.  
 Ac dorso suspende. tegant capita alta galei  
 Ne madeant aures: borea spirante cauendum est  
 Frigoribus. tunc eos celo diffusus ab alto  
 Intus alit cererem. sacros operumq; labores.  
 Ille quidem in uentorū e fluminalibus undis  
 Tollitur msublime et matutinos in agros  
 Desilit. interdūq; expectat tempora noctis.  
 Interdum borea nubes agitante procellas nubes  
 Vertitur inuentosam huiem: fuge proindus illam.  
 Acceleretur opus pete tecta obstancia uentos.  
 Ne forte obscuro nebularum mensus amictu  
 Inmideas. Largosq; hymbres pluat humida uestis.  
 Pasua tunc car pant quāuis non pmgna tauri  
 Qui leuis labor. et longa sub nocte quiescunt.  
 Nutrimētū ingens. uobis. uberrima mando



Agricole facilis dies transire labore.  
 Nec seruanda tibi donec nox equa diebus  
 Atque uterum facio committit semina terre.  
 At dum sexdecies sol arduus occidit undis  
 Hibernum post solstitium factosque relinquens  
 Oceani fluctus sublimi arcturus olympo  
 Exortitur primumque cupit splendescere sidus.  
 Tunc uites incide: noui neque nuncia ueris  
 Antiquos uetans questus precedat hyrundo.  
 Dum tamen immensos effundit plenus estus.  
 Prosilientisque umbrosa petat plantaria limax  
 Tellure e sicca: tunc uinea nulla ligonem  
 Sentiant. acelerent uncata falce ministri  
 Naturam in segetem. nec te pulcherrima tempe  
 Detineant segnem matutinoque sopores.  
 Eia age rumpe moras: pelle oia segnia pelle  
 Dum uocat alma ceres. robustaque collige farra.  
 Pone domi quantum toto tibi sufficiat anno.  
 Mane operi asurgens. operis pars tertia mane  
 Conficitur. Labor haud grauis est demane: mator  
 Longum inquit uer. taurosque exeret arator.  
 Praeterea sua dum stolymus florentia mittit  
 Germina et in uanis dulces resonare cicade  
 Sole sub ardenti incipiunt trepidantibus alis  
 Fit capra tunc mollis: tunc sunt dulcissima uino  
 Feminaque uenti uentis pruriente corpus  
 Appetit insanos coitos. Lassantur ab estu  
 Membra uicium. tantumque potest uis uinea solis.  
 Tunc licet ardores gelida releuare sub umbra  
 Fontis ad apricos lotues. semperque fluentis  
 Murmur aque. faciles quam circumlemitee aene  
 Aspirant zephyris plerumque agitantibus illas.  
 Hic hilares letus cyathos et pocula sume  
 Biblma. ter infusa magis que temperet unda.  
 Hic tibi ab uberibus caprarum casens adstet  
 Que nullos pascant fetus. hic lactea Liba  
 Hic tibi siluestris ponatur caro inuente  
 Que nondum enixa est. hic mollior hedulus adsit  
 Et iaceas saturus patula sub tegmine umbra  
 Surge tamen. celo cum fulget orionis astrum



125

Tempus adest. ceteris sacras tereat arca fruges  
 Aduentos posita atq; ingenti equata chylindro.  
 Nec mihi librate durantur ad horrea messes.  
 Postquā autem satis ad uictum tibi contulit etas  
 Continuo. cui nulla domus sit quere ministrum  
 Adde etiā ancillam. que sit sine prole. molestum est  
 Et graue seruitū illius: quam cura remordet  
 Natorum: blandire cari. panemq; ministra:  
 Per uigil ante fores sedet ille dominumq; tuetur  
 Dente rapax furūq; altis latratibus instat:  
 His propere exactis fenum paleasq; reconde  
 Hemiones quantū satis ac nutrite iuuentos  
 Inde laboranti requies prebenda colono  
 Tempus: et exhaustis pariter uigila demere thauris.  
 Dum tamen in media celi statione ~~refidit~~ refulget  
 Suxius. Orionq; loco splendescat eodem  
 Et rosea arcturi cernit palancas astrum.  
 Tunc uias tenero abscondens decore matrum  
 per bis quinq; dies tepido sub sole iacentes  
 Pandē dies etiam mollescunt quandoq; sub umbra.  
 Dehinc torque. capiant uegetes iocunda Lyei  
 Munera. sed sydus cum deficit orionis  
 Pleyadesq; hyadesq; cadunt meminisse iuuabit  
 Probitus impresso subuertere uomere terram  
 Stat tempestiuo cuncta exercere labori  
 Si tamen infestum uiuat ire per equoz et alta  
 puppe uehi. moneo ne quando ab adlantide natū  
 Orion sequitur totoq; excludit olympo  
 Ut uideas uisū medio submergere ponto  
 Nauigio incubas: mare tunc tollentib; euris  
 Obscurum undosos iaculator ad ethera fluctus.  
 Tunc igitur iaceant relinq;te ad littora puppes.  
 Saxorum obnix obicibus: ne forte ruentes  
 Discuant uenti: pateat pars ime carine  
 Ne plumam excipies. putri marcescat ab umbre.  
 Instrumenta domi naualiaq; arma quiescant  
 Pensa gubernandiq; exploret robora fumus  
 Interea ceteris sacros operare labores.  
 Nec proctus fugiendus ager: Labatur in altum  
 Equoz arcta ratis. dum non magis unda tumescit  
 Nec refluent uasto sublatis gurgite montes  
 Vadat onusta tantum censa reditura superbo.  
 tamen



Sic meus ille quidem genitor dum pauper egeret  
 Errabat maria alta serans fluctusq; profundis  
 Ille olim eolidam cumam atq; ea Littora Linquens  
 Appulit huc. nō spe Lucti cōmotus anara.  
 Durum opus exercete musa urgebat egestas.  
 Ille uagus demum prope tempe heliconia sedem  
 Astream incoluit celi in regione molesta.  
 Furore nunc nimio nunc intollerabilis estu  
 Tempore quosq; suo inuat exercere labores.  
 Namquum ante omnes. cuius si te ulla remorder  
 Cura placetq; altos sulcare per equora fluctos.  
 Dum faciles spirant uenti et furor ille quiescit.  
 Ne te musa famas alieno inuere porto  
 Cogat: et mutus multorum debitor extes  
 Vade. nec in cumba. Ne te uehat ardua puppis sed  
 Ingentes referant census ingentia mercis  
 Pondera. pretera que sunt aptissima nautis  
 Tempora narrandum est. quāquā mihi parua per undas  
 Vita fuit. uixq; exilla tantum aulide cursus  
 Littus ad euboicum. sub qua omnis grecia quondam  
 Dum pelago deseuit hiems cōuenit in unum  
 Et merito infandos fatum iratur in hostes.  
 Inde mihi placuit non longe ab chalcida cursus  
 Huc ubi magnanimum genus amphithamantis archinij  
 Constituunt populis terramina. et inclita quondam  
 Munera defuncti ponunt in honore parentis  
 Huc ego me dulcis referentem premia cantus  
 Auratos memini titypodas quos sponte arcadi  
 Musarum ante aras. quibus antea heliconia cure.  
 Ille ubi me primum dulcom docuere poesin  
 Tantū uirtutē mihi res naualis cognita sinit.  
 Dicam aliquid tamen et uarios pandarū etheris usus  
 Hec etiam nobis aspirare canene  
 Equora tuta legant instructo temige pūpes  
 Cum decies quinq; est series exacta ductum  
 Estiuū post solstitium: et iam deficit estus  
 Nam neq; tunc classes. medio nec nauita ponto  
 Obzuntur: in forte uelut iouis alta potestas  
 Aut deus ipsarumq; parens neptunus aquarum  
 Exitus omnis in his rerum manet exitus omnis.  
 At leues spirant zephyri tranquilla quiescunt  
 Equora. tunc celerem uentis cōmitte carinam



Vadat onusta tamen. reditū properare memento  
 Quam prius ipā novis fundunt vineta liquores.  
 Autumniq; nubes. et hiems infausta procellis.  
 Aut notus insurgat pluvia rotantib; alis  
 Incubatq; mari totumq; evoluat ab imo.  
 Exercent etiam studium navale sub ipso  
 Vere novo. cum se tam Latas ab alto arbor  
 Induit in frondes. quātum uestigia cor nix  
 Pandit humi depressa. silet tunc nabilis unda  
 Hic ego nauigium graue tunc semp; molestum  
 Crediderim. hoc nature homines temeritate nefanda  
 Subtraxere. agitant diuersa pericula fluctus.  
 Et tamen ree placet. quāquā mors dura sub undis  
 Diuicie sunt uita hominū atq; insanus habendj  
 Ardor. Ad hec animum germane nitende parumpex  
 Conape fraternos monitus. maria alta secando  
 Fac tecum ne cuncta uehas. maiora reserua.  
 Nec miris est oneranda ratis. sit ponderis equi  
 Quidquid in hac. durum est aduerso occurrere fato  
 Fluctibus in medijs. cunctis disceditur omnis  
 Si grauius supermstat onus. seruare memento  
 Mensurā in rebus et idonea tempora ad usus.  
 Cum prope ter decies tibi uita elabitur annos.  
 Connubium maturum aderit. decimūq; puella  
 Exiit et quātum sed quinto nubat. et illa  
 Virgo sit. atq; habitet prope te. cui sedulus adstes  
 Sedulus inspicias attemp; usūq; puelle.  
 Hec age. Ludibrio ne te iucinia contet  
 Coniuge nil melius casto. nil turpius illa  
 Que uenirem prurit sine fine. et prostat ad omnes  
 Sempet. et exitio sup; iminet illa uiciorum.  
 Nemo etiam fractus in amore equetur amicus.  
 At pat; si quis erit sit amandus tempore in omni.  
 Nulla ex te inceptum fedus discordia soluat.  
 Mentiri scelus est. prestat compestere Lingua.  
 Infandam si unum tibi quisquā inferreret amicus.  
 Aut ore aut manibus: surge et te ulciscere. redde.  
 Redde uicem duplicem. quod si illum perimet acti  
 Ac penam implorans utrum te exoptat amicum.  
 Suscipe. uile quidem est homines noua querē semp  
 Federa amicitie: multos si frater amabis



Non laudo: nullus eam. medium sit in isto.  
 Si tibi corda tument: uultus non indicet iram.  
 Turpe sequi sceleratum hominem. maledicere cuiquam  
 Infandum est. qui tam uita laudatur honesta.  
 Numquam affe nunquam misera oburgetur egestas.  
 Diuinum donum est: diuinumq; eterna uoluntas  
 Illa quidem. que sepe uiti sublimis molesta  
 Impedit ingeniumq; uetat super alta Lenari.  
 Qui loquitur parce Linguam nec in omnino soluit  
 Thesaurum prese gerit ille: ea gratia magna est.  
 Ut Linguam moderes pensataq; uerba loquaris.  
 Si quemquam uerbo ledes ledas et ipse!  
 Cirata in amicorum uenias conuiuia sumptu  
 Communi. dato particulam. gratissima sunt hec.  
 Aere Ioui uinum seu dys de mane cauendum est  
 Illa uita Libate manu. tum nota precando  
 Incassum fundes nulli exaudita deorum.  
 Solus ad aspectum nec quemquam mirare fas est  
 Nocte sub obscura. recto neq; corpore nudo  
 Nox quia sacra dies. media nec credimus illud  
 Posse licere: uia si declinat ab illa  
 Esse etiam uetitum diuus uix et omnia noscens  
 Herens parientibus sedet atq; exponit urinam.  
 Intus ubi orbate tenus latet angulus aule  
 Nec coitu polluta sacros genitalia pandas  
 Ante ignes. neq; cum dulci tibi coniuge prestat  
 Concubium ut generes. dum mesto a funere tristi  
 Mente redis. superum sacra sed letus ab ara.  
 Credimus iniusum superis semper molestum  
 Qui natat assiduo Labentia flumina cursu  
 Quam prius ablueritq; manus pia uota preceseq;  
 Fuderit ante ipsas supplexq; orauerit undas  
 Infandum ante aras unguis incidere. cum dys  
 Sacra facis. scelus est cyathos imponere uasi  
 In quo uina latent. sacros operare Lebetes  
 Nil tibi cum in sacris etiam hinc lauisse nefandum est  
 Perfice terta prius quam cor mix garrula ab alto  
 Nuntiet atram hiemem tuit hec inimica procellus  
 Fac sedeat bissex: quibus etas exigit annos  
 Aut totidem menses nototum cura propago  
 Sede sub instabili. uuat hoc omnemq; repellit

deis



Sequacem faciet esse agiles ad omnia promptos.  
 Fedum ac turpe iurum est etheris mulieribus uti  
 Hoc prorsus fugiendum etiam stat talibus atrum  
 Supplicium: ante aras superum oburgare nefandum est  
 Sacra ministeria: ac diuinis spernere cultus.  
 Nec licet in fluuio neq; fontis mingere in unda  
 Est quoq; turpe aliud uetitum. fuge pessima fame  
 Nomina. fama malum facile in sublimi leuatur  
 Est graue sufferri nimum nimumq; molestum.  
 Difficile ut taceat. numq; delebitur illa.  
 Sedulaq; uarias populi penetrant ad aures.  
 Est dea fame quidem: sunt ipsi numina fame  
 Sit tibi preterea series seruanda dierum.  
 A loue nate omnes sunt: a loue tempora nata  
 Vltima mensis erit nullo exercenda labore.  
 Hoc gemo utendum est. illa omnes festa per urbes  
 Ducitur illa forum claudit neq; iura resoluit  
 Prima dies sacra est. et quarta et septima. prima  
 Natus appollo die radiancia lumina fudit  
 Luce domu quarta felix ducenda sit uxor  
 Omne captato. sunt omnia prospera rebus.  
 Et licet in cucum trahibus componere nauim.  
 At quintas fuge. namq; illarum pallidus ortus  
 Tum dire eumenidum facies toto orbe uagantur  
 Castigant si qua in terris peruicia falsum  
 Affirmant. ques lis alterne agitata creant.  
 Sexta dies tristem ostendit mulieribus ortum.  
 Leta uicis. multaq; etiam nascuntur in illa  
 Quis mala mens fallax animus. fallacia uerba  
 Et qui concubina exercent archana per artem.  
 Hoc ouium fetus lurtum castrare uel hedos  
 Et licet in fixa perudes circumdare manda.  
 Scindimq; octaua forti genitalia tanto  
 Castramnsiq; sues. felix est ponere plantas  
 Nona. uicos gigni uel amica sorte puellas.  
 Luce uicis decima faustos quoq; credimus ortus  
 Vnaq; post decimam felix incidere uites.  
 Et tempepinam segeni supponere falcem  
 Hoc curat bissexta etiam felicioz illa  
 Stamina. et ex alto tenuissima torquet arachne  
 Ingentem acumulant formice farcis aceruū



Et inuet arguto percuerere pertine telas  
 Tunc quoque siluestres licitum castrare iuuenos.  
 Tercia post decimam plantaribus optima surgit  
 Spargere semem humi pallet contraria semper.  
 Quartaque post decimam mulierum prospera natu.  
 Ac pressos dormitare boues ualidosque labori  
 Hemiones canibus feciles aduungere cultos.  
 Et Lemre manu. pecudique imponere mores.  
 Atque aperire cados et dulcia fundere uino  
 Sextaque post decimam plantaribus munda surgit.  
 Oportuna uiros nasci sed iniqua puellas  
 Aut nasci aut thalamos petere atque herere maxillis  
 Septima post decimam ceteris terat ordea sacre  
 Ingentemque luet ferro discindere siluam.  
 Ac uarias aptare trabes. quibus ardua tecta  
 Moliri. aut structam possis agitare carinam  
 Nonaque post decimam felix est cum dea surgit  
 Lutea. sed medium celi cum uenit in orbem  
 Fit grauis ex media ad finem letissima fulgit  
 Proxima lux sapientem hominem diuina creandi  
 Insigni figet officio. nec luce dolendum est  
 Post illam quarta. sacra est ea leta trahantur  
 Gaudia. quinta dies post hanc in ga curua iuuentis  
 Ponit et hemiones et colla exercet equorum.  
 Atque uelinolas deducit ad equora puppes.  
 Et noua componit dulci sua uasa Lyco.  
 Quam pauci nouere et recto nomine dicunt.  
 Sunt harum humano generi seruanda dierum  
 Tempora quippe illud magnis successibus augent.  
 Sunt alie anapiteque tamen sine mente neque ullo  
 Officio excellent hanc alter laudat et illam  
 At paucis natura illarum cognita surgit  
 Nam tunc ipsa dies totum complectitur orbem  
 More pie matris. seue modo more nouere  
 Nunc fulget nunc atra latet. felixque beatus  
 Ille quidem. qui dys gratus cui cognita sunt her  
 Omniaque inspicens rerum se exercet ad usus



Db. 75

Impressus est Liber Georgicorum Nicolai de Velle Darentina  
 per Jacobum de Breda A. 1492. et etiam pridem ante  
 i. e. 1470. Roma in fol. una cum Felis Halico et Calpurnio  
 no per Cat. Scholzeynh. et Arnold. Lannast.



Handwritten text at the bottom of the page, likely bleed-through from the reverse side. The text is faint and difficult to decipher but appears to contain several lines of cursive script.








R. OESTREICH  
BUCHBINDER  
DRESDEN

Msc. Dresd.  
Db. 75.





Small, light-colored rectangular label affixed to the bottom right corner of the book cover.